

8°

5

7

EPIGRAMMATA.

QVIBV SERV-  
DITAE IVVENTVTI IN CA-  
THOLICA TREVIRORVM ACA-  
DEMIA PARTIM PRIMA PARTIM SV-  
prema Philosophiæ laurea insignitæ  
tertio Idus Iulias anno  
CIC IC XCIV.

LOGICES IN EADEM VNI-  
uersitate studiosi gratu-  
lantur.



AVGVSTAE TREVIRORVM,  
*Excudebat Henricus Bock.*

ANNO CIC IC XCIV.

IN EFFIGIEM D. MA  
RIAE VIRGINIS.

*Dum parit aethera prolem diuinitus aura  
Rastro intactus ager, fœderis arca noui;*

*Num Deus humana sub imagine prodijt infans?  
Iura nihil veteris iam mea iuris habent:*



*Ipſa parens rerum ſimul & facunda creatrix  
Inſolitum ſpectans omen id obſtupuit.*

*Ergo pudica parens ſic te peperiffe decebat  
Haud tamen haud alii u quam peperiffe Deū*

Pangebatur Ioannes Xandrinus  
Sancianus.

AD PROMO-  
TOS DOCTORES PHILO-  
SOPHIAE E SODALICIO DIVAE VIR-  
GINIS IOANNIS XANDRINI SANCY-  
ani Epigramma.

*A*mphitrioniadem virtutis castra secutum,  
Difficilem celebrant laudis inisse viam:  
Nullane nunc steriles producent carmine musa  
Cum viget Alcidi, par decus atq; labor?  
Scilicet incesto prognatum se Ioue iactet,  
Crescat & hinc generi gloria si qua potest;  
Ast tibi parthenici pubes lectissima cætus,  
Pulchrior ex merito gloria lausq; datur,  
Diua parens casto te nutrit vberem castam  
Quam genuit sobolem reddat ut inde polo:  
Detur & Alcida resoluti gloria Thesei,  
Intulerit stygijs arma verenda focus;  
Forte repurgantem tetra caligine mentem  
Non erit hac eadem certius isse via?  
Ille sit indomitam qui primum vicerit hydram,  
Victor & arcadicum dilaceravit aprum;  
Maius erit pulchras didicisse fideliter artes,  
Moribus & vitium perdemuisse bonis.  
Esto quod ille mari terraq; laboribus actis,

*Indigetum superos auxerit inde Choros;  
Non minor est victo parnassi culmine montis  
Summa verendorum tecta subisse Sophum:  
Ille sui fama fruitur mercede laboris,  
Iamne ruent studij premia digna tui?  
Præmia virtuti nulla unquam sustulit etas.  
Ergo nefas tantum tempora nostra ferent?*

AD PROMOTOREM ET PROMOVEN-  
dos Ioannis Heumont.

*Q*uis nouus à solito Phæbus mihi voluitur axe?  
Res noua, luce noua sol nouus axe micat.  
Fallor an à ficta deludor imagine lucis  
Num geminum nostro fulget in orbe iubar?  
Sic micat in terris nouus & micat æthere titan  
Nec veniente nouo qui vetus alter, obit  
Quæris an hoc duplicis geminato lumine Phæbi  
Ordinibus saluis exulet omne chaos?  
Quid dubitas? an utrumque vides tam dispare luce.  
Vnanimem rebus quemque studere suis?  
Alter obit terras concretæque corpora terræ  
Vt noua progenito iam pereunte paret  
Interiora hominum subit alter, & abditæ prodit  
Quo radiante noua nebula luce cadat  
Omnibus alter adest & abit, non omnibus alter  
Sed fortunatis munere lucis adest.  
Felices quibus hæc iam tertia voluitur æstas

*Qua*

*Qua datur hac solis luce dieque frui  
Credo equidem vestrum laurata quot intuo ora  
Tot si non Pæbos; astra futura tamen.  
Felices igitur felici pergite gressu  
Exitus auspicio consonet ipse suo.*

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΥΤΟΥΣ.

Καίπερ ἀρηίφατος, πίπτει, μόθορ, ἠδὲ βιαίους  
Δυσμενέων καίπερ χεῖρας ἀλευσάμεν  
Πλάστου ὄν δεινοῦ θεός ἤρεε χλωρὸν ὀλέθρου;  
Πλούσιον ἄρα τει δαίμονος αἴτια κακῶν;  
Ἥνορέησ σκυπλοῦχ' ἔων, ἀλὸς, ἠδὲ κ' αἴησ  
Ἡγεμονεύς λείπε ἠελίοιο φάος  
Τίσ' ὄμιρ θάνατος; τί πέρα; μόθορ οὐχὶ ἀλεύει  
Ἐξετε; οὐ βλαψεῖ πνευκεῖ μοῖρα βέλει.  
Δίφρ' Ἀπόλλων' ἔτον ἐβήσατε κῆρας ἐλαυνεῖ,  
Ἥδ' ἀρέμοισ' ἵπποι θεῖε μένισοτα χεῖς.  
Ἀθανάτουσ Σοφίη ἔμεν οἷσ θερ' ἀπουσιν ἔθηκεν  
Ζεῖνιον, εἴκε δέμας τύμβορ ἄεικε, ἔχη.

EIVSDEM AD PROMOTOS EOSDEM.

*Victa iacet vestris cæca ignorantia telis  
Pugnatum, victum, sub pede pressa iacet.  
Cæsareos superat victoria parta triumphos:  
Tale, nec Heroûm Sceptra tulere decus.  
Cæsaris est ad opes virtus grassata caducas,  
Vestra sed ad Sophiæ non pereuntis opes  
Immensos Cæsar tractus telluris obiuit  
Omne peragrastis mente quod orbis habet.*

*Omnia caesareis non legibus aequora parent:  
Tota subit vestrum marmoris vnda iugum.  
Non tulit inuictum caput inter sidera Caesar,  
Nec tulit Ausonias Cynthia clara manus:  
Vestra nequit terris conclusa potentia stringi,  
Sed vaga per superas itque reditque domos.  
Ausonio sic leti duci sua mania sunt o:  
Cælum, terra, salum vestra trophae sient*

IN PROMOTOREM IOANNIS  
Xandrini Sanciani.

*N*obilitent si rura rosas, si lilia campus;  
Si viola laudes auget amoenus ager;  
Si laurum bacca, turgens si germen oliuam,  
Si decus omne frequens vitibus vna parit:  
Qua tu laude Pater Laurenti & dignus honore es?  
Qui tot de pingui munera rure legis.  
Quodque tuus rigido produxit vomer in aruo,  
Nunquid tute tibi iure Deoque metes?

EIVSDEM AD PROMOTOS  
Philosophiæ doctores.

*C*edite marte duces, & bello cedite clari  
Illustribus scientia.  
Laurea vosne sago decoravit, at ecce toga quos;  
Compar coronat laurea.

ALIVD

ALIVD EIVSDEM AD  
eosdem.

**F**are age sacra cohors, Phæbi, Charitumq; propago,  
Quamque potest Pallas dicere iure suam.  
Quid monet agnatus color hic in tegmine cælo?  
Te fore fors superum moribus omen habet.  
Et procul abiectis rebus post terga caducis  
Incubet æthereis mens tibi fixa bonis.  
Omen habes memor ergo sacri quem carpis honoris.  
Ferto pedem vitæ per melioris iter.

EIVSDEM AD BACCALAVREOS.

**S**ivenit hic bacca tibi Lauri splendor ab una,  
Ecquis erit totus, post ubi laurus eris?

IN PROMOTOREM LAVREN-  
tij Longuionensis.

**O**Mnis Aristotelem miratur & obstupet atas,  
Et Sophia primum noscit, amatque patrem.  
Huius in arguti iuramus verba Magistri,  
Parua nec in placitis laus statuisse pedem.  
Sic iuvat à Sophia nil abcessisse parente  
Cui prior meritæ præmia laudis habet.  
Ingens ergo tibi Laurenti gloria cedit,  
Qui Sophia fronti Laurea ferta locis.  
Credo Stagirites equidem si viueret ipsus.

*Aure tuos avida carperet vsque sonos:  
Fallor an alterius mea diceret eloquor ore?  
Hic ego vel doceo vel docet alter ego.*

EIVSDEM AD PROMOTOS.

**T***erra, fretū, flamma, nubes quæ corpora? quanta?  
Quatuor his maius totus an orbis habet?  
Tutamen o sacra proles veneranda Minerua.  
Vna quatuor hæc corpora mente tenes.*

AD PROMOTOS PAULI BREIT-  
scheit Bastoniensis.

**I***usta Neoptolemos sequitur si gloria Martis,  
Nec fugit à forti milite Martis honos.  
Nec satis est eadem cunctos ratione beasse,  
His auro his picto gramine ferta virent.  
Decretis q̄. alios iuvat exornare triumphis  
Ne labor absque suo munere martis eat.  
Sic Deus oceani non inferiora secutus  
Expertes decoris non sinit esse suos.  
Ecquis Vlysseios & quos tulit alter honores  
Commemoret prima qua dedit arte ratem?  
Vos igitur vestri fugiet ne corona laboris,  
Et modo virtuti non comes ibit honor?  
Credo equidem spreta lugent ab Apolline musæ.  
Oderit & sobolem diæ Minerua suam*

*Quid*

*Quid fugitis meritum decus & venit, & ruit ultro,  
Quæ virtute venit, gloria digna venit.*

EIVSDEM AD BACCALAVREOS.

**B**acca comes Lauri soboles sociat a parenti,  
*Frontibus est doctis ingenijs q̄ decus  
Vt caput innexum grato velamine frondet,  
Sic viret ingenuis mens onerata bonis.*

AD PROMOTOS PHILOSO-  
phiæ doctores Bernardini  
Francisci.

**N**auita sedatis borea q̄, salo q̄, furenti  
*Gaudet & in tuto se statuisse ratem.  
Subsilit à rapido liber latrone viator.  
Lata q̄, post Martem gaudia miles alit  
Institor in somni gestit post lucra labore.  
Et seges omne rapit quod graue messis habet,  
Falcataque frequens leuat vna grauiamina cultri  
Sic mercede Labor fit veniente leuis.  
Sic modo vos hilares rigidum post frigus, & æstum,  
Post martem & Zephyros meta cupita tenet.  
Sic iuuat inserta fructum decerpere fronde,  
Atque opera pretio non caruisse suo.*

AD PROMOTOS DOCTORES  
Henrici Eicholtz Aquensis.

**Q**ui prior attingit reserato carcere metam

B

Et

Et rapit extenta premia fixa manu:  
Cernis ut agnata stipetur is undique gente  
Victoremq; nouo quisque fauore iuuet.  
Pars Bromio recreat moderato pectus anhelum,  
Syndone pars olido membra fluore leuat.  
Pars recreat sese victoris in ora tuendo,  
Laurea pars circum tempora ferta locat.  
Sic vestri quibus in Sophico iam puluere cursus  
Et quibus exacti meta laboris adest;  
Quantus amor cunctos tenet? expectatio quanta?  
Quamq; auctos auide quisq; videre cupit?  
Hinc patria, inde suos sperans Ecclesia fructus,  
His monet acceptis utiliora sequi  
Pergite: ne frustra tantum sperare penites  
Poeniteat: Magnum est spem superasse decus

EIVSDEM AD BACCALAVREOS.

**D**ulcorem mellis cupidus si senserit vsus  
Non mage quas timuit iam timet acer apes.  
Non prius absistit nisi tota aluearia sternat  
Exspolietque opibus dadala tecta suis.  
Rossida si sophia gustastis mella, quid ultra  
Queritis? hisne, aliud dulcius esse potest?  
Pergite apum tenues superare, & temnere morsus,  
Iam redolent spine quos pupugere rosas.

IN PROMOTOS DOCTORES NI-  
colai Cufani.

Quam

**Q**uā vos pulcra manet pereunte labore voluptas?  
Sic decet vsque sequi, viēt a pericla togam.  
Purpura magnatum reuerenda in veste refulget,  
Regibus & cocco tinēt a placet trabea.  
Res noua, cælestes in summa fronte colores  
Exornant sophicos condecorantque duces.  
Forte monet memores; color ille simillimus astris  
Quod licet, & facitis mente subire polos.

AD BACCALAVREOS.

**P**roxima iam vestri succedit meta laboris  
Par virtutis erit gloria lausque par  
Currite festini, nec vos labor iste grauat,  
Quos percepta iuuant, dona futura tenent.

F I N I S.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT



